

D E

TRIBUS HISTORICIS
CONCILII
TRIDENTINI,

AUCTORE

CÆSARE AQUILINIO.

Contra la Lib. y 41º v. de Salamanca



Ad medium hujus libri erat tractatus de libertate
et chartianorum à lege exerci de sanguine et
suffocato, Autore Ioh. Henrico Heideggero

ANTVERPIÆ,

Apud JOANNEM VERBRUGGE,

ANNO CLX LXI.

P R A E F A T I O.

Ridentini Concilii Historiam scripsit Petrus Soave Polanus, sive quicunque alius sit, qui sub hoc nomine designatur. Cumque in ea Historia multa videre sit, quæ illi Concilio adversantur; imo & ipsius historiæ institutum ad illius honorem & virtutem labefactandam factum fuisse cognoscatur: multi Catholicæ veritatis ardore compulsi, contra historiam illam conscribendi difficilem sane provinciam susceperunt. Nam non nisi

DE

TRIBUS HISTORICIS
C O N C I L I I
T R I D E N T I N I.

*De Contrarietate inter Henricum &
Palavicinum in responsione ad Petri
Soave Historiam.*

GOntrarietas & oppositio operum Henrici ac Palavicini certe una non est, & tanta, ut nihil ultra: Etenim non solum Henricus Latina, Palavicinus vero Italica lingua conscripsit. Ille parvum libellum sub censuræ nomine edidit, Iste duo magna volumina exposuit sub nomine Historiarum: verum etiam Ille superflua omnia resecare studuit, Iste innumera ac longe petita adjunxit, non dicam utilia, ac bona, sed etiam perniciosa & pessima. Ille rebus certis atque evidenteribus est usus: Iste abscondita atque incerta evulgavit, & quæ ab uno ut indigna, ac vilia contemnuntur, ab altero ut magna ac necessaria amplificantur. Ille se omni animi passione absolutum declaravit, dum ea quæ à